

**8085** dicere ferre non licebit, nei quis, quei in eo municipio colonia praefectura | (128) foro conciliabulo senatum decuriones conscriptos habebit, eum in senatum decuriones conscriptos | (129) ire iubeto sc. d. m.<sup>95</sup>; neve eum ibei sentemtiam rogato neive dicere neive ferre iubeto sc. d. m.; neve quis, que[t] | (130) in eo municipio colonia praefectura foro conciliabulo sufragio eorum maxumam potestatem habebit, | (131) eorum quem ibei in senatum decuriones conscriptos ire, neve in eo numero esse nive sentemtiam ibei dicere | (132) ferreve sinito sc. d. m.; neve quis eius rationem comitieis conciliove [habeto, et si creatus erit, eum adversus h. l. ieis comitieis conciliove]<sup>113</sup> creatum est<sup>114</sup> renuntiato; neve quis, quei ibei mag. potestatemve habebit, eum cum senatu decurionibus conscriptos<sup>115</sup> spectare neive in convivio | (134) publico esse sin[i]to sc. d. m.<sup>95</sup> |

(135) Quibus h. l.<sup>1</sup> in municipio colonia praefectura foro conciliabulo in sinatum<sup>116</sup> decurionibus conscripteis esse | (136) non licebit, ni quis eorum in municipio colonia praefectura foro conciliabulo IIvir.<sup>117</sup> IIIIvir. aliamve | (137) quam potestatem, ex quo honore in eum ordinem perverniat, petitio neve capito; neve quis eorum ludeis, | (138) cumve gladiatores ibei pugnabunt, in loco senatorio decurionum conscriptorum sed[e]to neve spectato; | (139) neve convivium publicum is inito; neve quis, quei aduersus ea creatum renuntiatum<sup>118</sup> erit, ibei IIvir IIIIvir | (140) esto, neve ibei mag.<sup>119</sup> potestatemve habeto. Qu[ei]<sup>120</sup> aduersus ea fecerit, is HS ICCC p. d. d.<sup>96</sup> esto, eiusque pecuniae quei | (141) volet petitio esto. |

(142) Quae municipia coloniae praefectureae<sup>121</sup> c. R.<sup>73</sup> in Italia sunt erunt, quei in eis municipieis coloneis | (143) praefectureis maximum mag. maximumve<sup>122</sup> potestatem ibei habebit tum, cum censor aliasve | (144) quis mag. Romae populi censum aget, is diebus LX proxumeis, quibus sciet Romae c[e]nsus populi | (145) agi, omnium municipium (*sic*) colonorum suorum queique eius praefectureae erunt, q. c. R.<sup>123</sup> erunt, censum | (146) agunto<sup>124</sup>, eorumque nomina praenomina, patres aut patronos, tribus, cognomina, et quot annos | (147) quisque eorum habet, et rationem pecuniae ex formula census, quae Romae ab eo, qui tum censum | (148) populi acturus erit, pro posita erit, a[b] ieis iurateis accipito; eaque omnia in tabulas publicas sui | (149).municipi referunda curato; eosque libros per legatos, quos maior pars decurionum conscriptorum | (150) ad eam rem legarei mittei censuerint tum, cum eas<sup>125</sup> res consuleretur, ad eos, quei Romae c[e]nsus agent, | (151) mittito; curatoque, utei, quom amplius dies LX reliqui erunt, ante quam diem ei, queiquomque Romae | (152) cen-

113) *Haec excidisse putat Momms.* — 114) *Scr. esse.* — 115) *Scr. conscripteis ludos.* — 116) *Scr. senatu.* — 117) *Duoviratum.* — 118) *Scr. creatus renuntiatus.* — 119) *Magistratum.* — 120) *QVIF aes.* — 121) *Fora et conciliabula omittuntur;* cf. *Momms. C.I.L. I p. 425 ad l.* — 122) *Scr. maximamve.* — 123) *Quei cives Romanei.* — 124) *Scr. agito.* — 125) *Scr. ea.*